



Universitätsbibliothek Paderborn

Antidecalogvs Theologico-Politicvs Reformatus

Dript, Laurentius a

Paderbornae, 1672

2. Qui mediante commendatione, vel munere ad officium promotus est,
poterit cum restrictione mentali praestare juramentum, quod à similibus
solet exigi, non habito respectu ad intentionem petentis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13441

PROPOSITIO I.

*Licetum est, tam in judicio quam extra
judicium, jurare cum restrictione
mentali, non habito respectu ad inten-
tionem juramentum petentis.*

2. **Q**uem articulum, ad requisitionem
Archiepiscopi Mechliniensis, re-
probavit Facultas Theologica Lovaniensis.
Anno 1653. à qua etiam, ad instantiam Epi-
scopi Gandavensis reprobatus est, qui le-
quitur.

PROPOSITIO II.

*Qui mediante commendatione vel mu-
nere, ad officium publicum promoti
est; poterit cum restrictione mentali
præstare juramentum, quod à simili-
bus solet exigi, non habito respectu ad
intentionem exigentis.*

Cvus assertionis ratio mox subditur
Cui an non tenetur fateri crimen occul-
tum

tum: His duobus succedit tertius, quem in sua Synodo Diœcesana interdixit Episcopus Namurcensis Anno 1659. tanquam nouum, periculosum & salutis animarum destructivum: & est qui sequitur.

PROPOSITIO III.

Siquis solus vel coram aliis, sive interrogatus, sive propriasponte, sive recreationis gratia, sive quocunq; alio fine iuraret, se non fecisse aliquid, quod re vera fecit, intelligendo intra se aliquid aliud, quod non fecit, vel aliam diem ab ea, in qua fecit, vel quodvis aliud addititum verum, reverâ non mentitur, nec est perjurus.

VErba Episcopi censurantis hæc sunt:
Quia experientia comperimus varias variorum opiniones valde periculosas prodire in lucem, non sine magno animarum detrimen-
to: Ideo mandavimus hic inseri instructionem nostram, cui, quisque confessarius Diœcesis no-
stre, se conformare promittet, sub pœna reje-

O 3 . . . etionis;